

330 In Cap. XIV. Ecclesiastici.

go & effigies in plana superficie descripta. Ut ergo sponsa ostendat, quanta sit Dei Genitricis nobilitas ab Abrahamitico semine in tantam proneptim derivata, totam celi rationem, omnes duodecim cælestium signorum imagines, in Virgine exactissime descriptas haberi autumat: totidem enim sunt Abrahamiticae prospiciæ stemmata, neque alia quam duodecim signa Zodiaci. Quia vero Deipara Maria ad eam sublimata est nobilitatem, quā nulla major, propere quod in suis visceribus Deum hominem genitura esset, idē ejus cingulum seu Zona (quae ventris est ornamentum) duodecim illis signis cælestibus exornata dicitur, tametsi alias, duodecim his nobilitatis insignibus regium illius caput splendide præcingatur.

A sole justitia Christi precipua Maria nobilitas.

S. Petrus
Damian.

S. Bernar.

1286 Tertiò, amitta sole inspecta est magna Dei Mater. Sole, inquam, qui, quantumvis ardentissimus, non lunam, non stellas obscurat, sed eas potius reddat fulgentiores. Ecce tibi unde tota Progenitorum Deiparae, & ipsius Deiparae nobilitas, tanquam ex pellucido fonte diminet, & effluat, nempe: à sole iustitiae, à corporato Deo, à Christo Iesu, aeternæ lucis candore, tantorum Parentum prole: Sole enim Virginem ambiente, Christum ejus filium designari, Bernardi, & aliorum est communis existimatio. Ob hanc itaque sobolem quoquor præcessere Parentes ab Adamo, illustrissimos esse, ac nobilissimos, certum sit; ut sapienter aiebat Sanctus Bernardinus Senensis suprà memoratus. Signatum de Maria dixit Sanctus Petrus Damianus in Sermone tertio de ejus nativitate. Beata Maria licet generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissime nobilitatis genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus, & per clarissimam sobolem omnem humani stemmatis nobilitatem excedit. Clara proavorum titulis, sed incomparabiliter clarior generatione prolis. Et sanctus Ildephonius in Sermone tertio de Assumptione: *De propagine carnis nulla nobilior Dei Matre refluxit, nulla splendidior eâ processit, quam splendor Paternæ glorie divinitus illustravit.* Hinc est, ut quorunque Mariæ, & Christi progenitores præcesserint, à Christo tanquam stellæ à Sole, clara nobilitate donentur, sed per Mariam, infinita cujusdam nobilitatis promptuari. Et quidem nobilissima esset Deipara absque nobilibus Progenitoribus, ob unam dumtaxat divinam prolem: illorum autem sine Maria, nulla fuisse generis claritas, si tamen claritas, & non magis caligo & horror. Unde bellissimi Bernardus Sermone de verbis Apocalypsis: *Dignum plane stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans ornat eas potius quam ornatur ab eis.*

SECTIO V.

Nobile Isaia vaticinum de illustrissimis Deiparae Parentibus, Joachimo & Anna; quod probat etiam saeculam, & impollutam tantæ prolis Conceptionem.

1287 Inter electos Dei, in quibus magna æterni Verbi Mater radices misit, sumnum tenent locum, utpote Mariæ proximiores, Joachimus, & Anna, sanctissimi conjuges, & fortunatissimi Virginis Parentes & corporati Dei Avi, ex Regia Davidis stirpe ex-

orti: de quibus multa multi, atque de utroque conjugi multa apud Castrum in Historia ejusdem Deiparae, capite primo, Suarium tomo secundo in tertia parte, disputatione secunda, Sectione tertia, Barradium tomo primo, libro quinto, capite trigesimo, & multis aliis, quos intactos tibi relinquo. Vide superius dicta à numero 425. Illud unum hic accurate inquirō; sicut in sacris Scripturis nobilis aliquod vaticinium de prælustribus Mariæ Parentibus Joachimo, & Anna, deque sancta & impolluta ipsorum prole, à qua illi sanctitate & nobilitate donentur? Meditabundus hærem; cūm ecce mihi occurrit caput Isaiae sextum: ubi Deus describitur in Isaiae 6. augusto empyrea majestatis solio, Seraphinorum servitio gloriosus, & nebularum splendidâ caligine reverendus, cuius gloria totam implevit terram, interim Seraphinis divinum illud trifagium iterantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Hujus certè capituli argumentum, nihil aliud esse multi arbitrantur, quam Christi gloria, Gentium vocationem, Judæorumque repulsum. Addo etiam, contineri eo capite satius consequenter singularem Parentum Deiparae, & ipsius Deiparae commendationem, ut ex dicendis clarebit, dum expendimus & illustramus postrem illius capituli vericulos undecimum, & duodecimum.

1288 Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terra. Et adhuc in ea decimatio, & convertetur, & erit in ostensionem, sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit, quod steret in ea. Obscura sunt verba, ad quæ multa multi, quæ singulatim recensere operosum esset. Meam solum paucis aperiam intelligentiam, quæ nulli non cordato viro arrideat. In primis, pro illis, Longè faciet Dominus homines, ex Hebreo sic vertas. Prolongabit, protendet, propagabit Dominus hominem illum. Nam Hebraicè pro homines, est vox Haadam numeri singularis: & sæpi in sacra Scriptura sumunt plurale pro singulari, ut observat Ribera noster ad Zachariam capite nono, verbu trigesimo septimo, Abacuc capite primo, verbu quinto. Ab uno homine plures rectè intellexit Vulgatus; ab uno planè prælustra, atque insigni, ut emphatico articulo demonstratur, illum hominem: illustrum atque insignem virum longâ filiorum sobole conspicuum, quem tum nominabo, cūm tam numerosæ familiæ Matrem ostenderem. Et quidem eodem sensu accipienda sunt illa verba, longè faciet hominem, quo illud ejusdem Vatis capite vigesimo sexto, verbu decimo sexto, Elongasti omnes terminos terra, id est, propagasti, amplificasti, ut viri explicant docti. Atque hunc senum mirifice promovet quod sequitur, Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat.

1289 Verbum, multiplicabitur, Hebraicè rabat, Vulgatus & LXX. alias reddunt, magnificare, nobilitare, honore & auctoritate augeare. Pagninus, & Arias Montanus ex Hebreo, Deo tribuant auctoritatem & multiplicabit derelictam in medio terra: magnificabit, nobilitabit, honoribus, & auctoritate augebit. Sensus manifestè constabit ex observatione illius epitheti, derelicta, quod est Isaiae familiare ad sterilem, & infecundam designandam. Isaia capite sexagesimo, verbu decimo quinto, Pro eo, quod fuisti derelicta, & odio habita, & non

Pars III. ad V. II. 12. 13. 331

Isa. 60. 15. non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem, & generationem. Et capite sexagesimo secundo, numero quarto. Non vocaberis ultra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata; sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Derelictam vocat sterilem, desertam, cui opponit inhabitatam, Hebraicè, maritatem; sic enim Vulgatus reddit Isaiae quinagesimo quarto, verbu primo. Igitur derelicta, in hoc, quæ verius, loco, multiplicabit, magnaque prole provehet Dominus. Sed & hanc emphatico item articulo notat, illam derelictam. Hebraicè Hagazub; sicut ejus virum emphasi etiam in lignificat, illum hominem propagabit Dominus, illam derelictam, & sterilem multiplicabit. Illustrum aliquam Matronam, nobilem aliquem virum his nominibus, emphaticisque pronomini bus agnoscendos reor; ut ab utroque tota Evangelicæ familiae nobis mystice deducta fuille intelligatur: nam in numerofam Evangelicæ Ecclesiæ problema Vaticinum totum inclinat, quæ in abiectæ locum Synagogæ subrogetur. An igitur insignis ille vir, an nobilissima illa Matrona, Joachimus, & Anna erant beatissimæ Virginis Parentes, Christi Domini Avi, totius Christiani orbis atavi gloriissimi? Quidni isti? Quivè alii? Contrahanc scilicet Hebrewi, Hebraizantesque simul caperatam frontem: at probabunt Christiani quique Evangelici interpres Evangelicam maximè explicationem. Hi si suffragio favent, illos refragantes haud curem.

1290 Subiexit Vates: Et adhuc in ea decimatio. Synagogam jam sterilem, & effectam fecundat in Anna: nam de illa prædixerat verbu decimo, desolandom fore, relinquendam desertam absque habitatore, & sine homine. Et postea addit, eximium futurum hominem, insignemque feminam. Ex qua nova rursus, eaque nobilissima instauretur profapia. Multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terra, id est, in medio Palæstinæ prædictam viri, & feminæ illustrem Prophetiam implendam dicit: Et adhuc in ea decimatio. Id est, ampliores inde, amplioresque decimæ Domino provenient, quibus Ecclesiæ gazophylacia opulentissime ditecant; non enim arias & decimationem, & divitias significat; a verbo aasar, decimare, ditescere. Scilicet ingentibus Evangelio fructibus, religione, sanctitate, viræque puritate Dei gaza longè opulentius, quam unquam alias, locupletabitur. Hinc subdit: Et convertetur, & erit in ostensionem. Novam induet specimen, aliam illustringorem assumet formam, quæ fœvidam, digitoque honorifice designandam exhibeat. Et forte ostensio ponitur pro ostento, seu prodigio. Est autem ostentum, omne, quod contra naturam cujusque rei genitum, factumque est; ut Ulpianus ait 38. ff. de verborum significatione. Porro, quod in ea maximè, mutata Palæstina notandum, quid insigne, quidnam maximè dignum? Sequitur.

1291 Sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ extendit ramos suos. De terebinthi nomine non disquiror; satis enim debet esse interpres doctissimos Vulgatum & LXX. ita vertisse vocem Hebraem elah. Quod secundam alio, utrique quercum reddunt, rectè item faciunt; significat quippe quamlibet glandiferam arborem (ut notat Cerdà noster ad caput secundum Georgicor. versu 290.) Robur, illicem, pro Capa, castaneam; atque hanc in hoc loco intellexit Jonas Chaldaeus, quem quercum omnium reginam Arabes etiam nuncupant. Chaldaeo suffragantur Pagninus, Mercerus, & alii. Igitur, ut sententiam Vatis explicem, hanc singularem rerum mutationem in Palæstina observandam, atque pro ostento habendam prædicat; ut quemadmodum terebinthus, & regia quercus Castanea, quæ diu exsuccæ, steriles, & infruituose fuissent, cum repente repullularint, germinarent, resoruerint, pristinam comam, ac pulchritudinem recuperaverint, dito solent à viatoribus, aut ab agricolis demonstrari, qui ejusmodi arborum jam vitam, fructusque desperaverant; ita nobilem Theresinum hominem, atque derelictam illam matronam ob diuturnam sterilitatem, veluti deploratos ante, cum in tam illustrem fœtum repente fœse induissent, non minus insignes fore, quam si terebinthus, ac castanea, quæ post longam siccitatem, atque sterilitatem, pristinum vigorem receperissent.

1292 Igitur terebinthi, & castaneæ nomibus ex pristina siccitate, & sterilitate germinantes, Joachimum, & Annam intellexit Vates: Sicut terebinthus, & sicut castanea, quæ extendit ramos suos. Terebinthi ramos, honoris & gratiæ, vocat noster Siracides cap. 24. 22. dum sapientiam seipsum laudantem inducit. Item ramos castaneæ, Germani justitiae, & plantationem Domini ad glorificandum, vocat Isaiae 61. 3. Et vocabuntur in Isaiae 61. 3: ea fortes justitiae, plantati Domini ad glorificandum, & adificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent. Eandem vocem eli, quam ibi vertit vulgaris, fortes justitiae, & LXX. generationes justitiae, reddit idem vulgaris Isaiae 1. 29. Quercus, elam, quæ eandem habent radicem cum alon in hoc loco: ac proinde, juxta Chaldaem verras, castanea. Aptæ ergo Symbola sint terebinthus, & castanea, quarum altera reliquias honor, & gratia, altera gloriose sanctitas & justitia significet. Non incommodè Joachimus terebintho, non inepte Anna castaneæ comparata est. Illius rami honoris & gratiæ haud dubie extiteré, hujus como castaneæ justitiae, & sanctitatis, & plantatio Domini ad glorificandum, meritò dicatur. Scio his multa addi posse, sed ea mihi reservo.

1293 Hoc tantum observo; ex terebintho manantem liquorem nobilissimum, inter omnia resinarum genera, atque efficacissimum medicamentum, tempræ antiquis habitum. Lege Plinius libro decimo quarto, capite viii, & libro decimo tertio, capite sexto; Theophrastum libro tertio, capite decimo quinto, & libro decimo tertio, capite sexto, & libro quarto, capite quinto; Galenum libro octavo simplicium, Ballesterum nostrum libro tertio, Hierologiam capite octavo; Rovillium libro primo Hisp. Plantarum, capite decimo septimo. Qui omnes terebinthi lachrymam omnium præstantissimam, atque ordinatissimam commendant. Eam Genesis quadragesimo tertio, v. undecimo, inter alia donaria Josepho in Ægyptum à Jacobo missam legimus. Item capite trigesimo septimo, verbu vigesimo quinto mercatus gratiæ ex Galaad convectam. Hanc quippe laudatissimam discutendi

Quercus
Georgicor.
versu 290.
Robur, illicem,
pro Capa.
castaneam;

“nra.”

loc.

castanea pro.

Anna.

Anna.</p

In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

Iere. 8. 12. 332 *In Cap. XXIV. Ecclesiastici.*

tiendis humoribus, mitigandis doloribus, sa-
nandis vulneribus, constat ex Jeremias octavo,
versu vigesimo secundo. *Numquid resina non
est in Galaad?* &c. & capite 46. verfu 11. *Af-
cende in Galaad, & tolle resinan,* &c. Vide
ibi nostrum Castrum. Hoc posito, Terebinthi
nomine, ac symbolo, quæ extenfur ramos suos
honoris & gratiae prædictur ab Isaia, sanctum
Joachimum, Deiparae nobilissimum Parentem
fuisse expressum, à quo clarissimo atavo tota
Christianorum gens, per Christum Dominum
Patrem hujus aurei fæculi spirituali genera-
tione esset deducenda, nuper docuimus. Cum
igitur semen illud purissimum, ac defæcatissi-
mum, quod in Deiparae corpus compactum
est, ex sanctissimi Joachimi beatissimo corpo-
re, non sine Numine decus profitemur, qua-
si ex odoratissima, medicatissima terebin-
tho emisam, intelligimus communem quam-
dam humani generis medicinam. Quam non
frustra profecto Ægyptus comparet, non fru-
stra adhibeat filia populi mei. Merito qui-
dem sanctus Damascenus cùm in Deiparae
conceptionem diceret Orat. 1. quæ commu-
niter eius Nativ. inscribitur, cum revera
de ejus generatione dicenda esset; in hunc
modum exclamat: *O beatos Joachimi lumbos,*
*ex quibus fluxit semen prouersus, & semper im-
maculatum!* Græcè est *sperma panamomon,*
σπέρμα παναμόνον: penitus, perpetuo, absque
momo, absque macula. En expensam, com-
tamque terebinthum, ex qua lectissimum hu-
manæ naturæ medicamentum profluxit, Ma-
riae nimurum purissimum, virgineumque cor-
pusculum. Sed post terebinthum, alterum
castaneum Hieroglyphicum, ostendamus.

S. Damas.

*Quercus
regni Sym-
bolum, pre-
seriū ca-
stanea
quercuum
Regina.*

1293 Semen sanctum erit, quod steterit in ea. Uñtumquemque in suo sensu abundare cum Apostolo permittimus; nullum, modo ad vel ob ipso contextum aptum improbamus: nos tamen quem concepimus, aptissimum quidem haud inferiorem, vel ex his verbis comprobabimus. Semen sanctum erit quod extiterit in ea. Hebraicè loco illius orationis, quod extiterit in ea, unica vox est, & sanè fæmina, masfath; id est, quæ extiterit; quam neutro genere vel emphaticè dixit vulgatus; nam neutraliter dicimus quod amplificare volumus. *Filius Dei.* Luca 1. verl. 35. Vel forte ut semen referret, quod præcefserat. Quasi dñe, Semen illud regium, & augustum, quod ex hac castanea mystica prodiert, sanctum, mundumque prodibit. Sed ut Hebraicæ vocis proprietatem rigidè te- neamus, cùm ea fæmina sit, fæminam his verbis vel ab ipso seminio sanctam; atque ab ipsa conceptione & generatione purissimam prædictam esse, non possumus non intelligere. At enim vero quænam, obsecro, alia fæmina hæc esse possit in ipso suæ conceptionis seminio munda, sanctaque, nisi Deipara Maria? Ut autem id luculentius apparet, liceat voces expendere, illam impi- mis.

**Regina An-
na fætus
Deipara
immunis
à culpa.**

S. Anselm:

1294 Et sicut quercus, sicut castanea, que extendit ramos suos. Hanc, uti dicebam, glandiferarum omnium quercum reginam esse, Orientales agnoscent. Nec de nihilo est, quod quercus regni symbolum apud omnes ferme gentes habetur; Jovi fortasse ea de causa dictata. Legendum Suetonius in Vespasiano capite quinto, ubi quercum legas per Vespasianum tres partus, singulos repente ramos dedisse, qui totidem regios filios portenderent, proceriore tertium instar arboris, qui Vespasianus imperium significavit. Sed & Hebraeos Reges sub quercu inaugurarunt solitos, legimus tertio Regum cap. duodecimo, verlu primo, de quo Abulensis eodem tertio libro, capite primo, quæstione vigesima tertia, & trigesima sexta, & noster Serarius Judi. non, quæstione nona & decima, & Pater Pineda libro secundo de rebus Salomonis capite quinto, Valerianus libro quinquagesimo primo Hierogly. in quercu. Ergo Palæstinas quercus, atque ea maximè, quæ quercum cæterarum Regina est castanea, cùm jam exsuffca, sterilis, & veluti emortua esset, dum subito præter naturæ vires, tam germinat feliciter, ut longè lateque in ramos expansa describatur, felicissimum, regiumque foetum, Davidis neptem, Annæ filiam, Orbis Dominam portendebat, neque quamlibet filiam, sed quæ castaneæ foeti quæ simillima esset extitura. Symbolum non alijs; quæam Anselmi verbis explicandum, arbitror; sic enim ille in libro de Exordio mundanæ salutis, capite quarto: *Si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei Domini mei exituit, propagantium, & non propagantem prolis fuit. Castaneam attende, cùm de sui generis arbore prodit, totum his-*

pidum, & densissimis aculeis undique septum ap-
paret. Intus castanea concipiatur, primum qui-
dem in modum laetæ liquoris, nihil hispidum, similitudo
nihil asperum, nihil aliquibus aculeis obno-
xium in se habens, aut circa se aliquatenus sen-
tientia. Illuc in summa levitate nutritur, fore-
purissima, & alitur, ac formata in sui speciem, &
habituidinem, jam adulta, rupta involucro, ab
omni spinarum punctione, & horrore liberrima,
matura egreditur. Attende. Si Deus castaneæ
contulit, ut infra spinas, & ab spinis remo-
ta concipiatur, alatur, & formetur; non po-
tuit dare corpori humano (quod ipse sibi tem-
plum, in quo corporaliter habitat, & de
quo in veritate persona sua homo perfectus fieri)
ut licet inter spinas peccatorum concepi-
retur, ab ipsis tamen spinarum aculeis omni-
modis exors redderetur? Potius plane, &
voluit; si igitur voluit, & fecit. Pulchritudo
admodum, & ingeniose Sanctus Pater. Vides
jam quæ acutæ propheticam intenderet aciem
Iaías? Vides quale, quantumque foetum hac
castaneæ germinatione portenderet? Sed per-
go posteriora Iaías verba enodaturus, quæ
& Virginis Matri, & ejus Parentibus Joa-
chimo & Annae, non parum splendoris con-
ciliens.

1295 Semen sanctum erit, quod steterit in ea. Uñtumquemque in suo sensu abundare cum Deipara Apostolo permitimus; nullum, modo ad vel ob ipso contextum aptum improbamus: nos tamen semine quem concepimus, aptissimum quidem haud in-
feriorem, vel ex his verbis comprobabimus.

Semen sanctum erit quod extiterit in ea. Hebraicè loco illius orationis, quod extiterit in ea, unica vox est, & sanè fæmina, masfath; id est, quæ extiterit; quam neutro genere vel emphaticè dixit vulgatus; nam neutraliter dicimus quod amplificare volumus. Semen sanctum erit quod extiterit in ea. Hanc igitur puritatem, hanc tantam munditiam vaticinatur hoc loco Iaías. Quod si metaphoram retinuit Vates, & quia arborem castanam dixerit, fructum ejus intellexit; sanctum, metaphorice etiam dixit, quasi incorruptum, ilæsum, sanum, integrum, nullis aut arborum, aut pomorum communibus morbis obnoxium. Infelicitus enim & arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Ægrotant aliquando & poma ipsa, vermiculatione, urende, tæbe, aliisque morbis, quos latè recentet Plinius; cuius illa sunt verba, libro 17. capite 24. Hac ergo tanta, tamque communis arborum lue, unum hoc mystica castanea semen exemplum iri prædicti Iaías: *semen sanctum erit, incor-
ruptum, ilæsum, atque à communi vermicula-
tione ac fidestratione separatum uti purissi-
mum.* Expendo deinde illud.

1296 Semen sanctum. Etenim sanctum, au-
to Trebatio libro undecimo de Religioni quomodo
bus, est vel idem, quod sacrum, aut religio. accipien-
sum; vel quod incorruptum, aut culpa nescium.
Exactè ille quidem duplice usum, & notio-
nem vocis Latinæ exprimit, quam à primæ-
va lingua ad cæteras manasse non dubito. Hebraicè enim Kados, id est, sanctum dupli-
citer usurpat: primò pro re sacra, ac religio-
so nomine, aut titulo Deo dicata, ac pro-
inde quæ a vulgaris usu, & communi con-
suetudine sermota sit. Unde sancto in sanctis
litteris commune videoas communiter opponi.
Rectè itaque Trebatius sanctum idem esse
dixit, quod Sacrum, & religiosum. Secun-
do addit, incorruptum, vel culpa nescium.
Hanc propriam, ac primigeniam esse vocis
acceptiōnem tam apud Græcos, & Latinos,
quam

Pars III. ad V. II. 12. 13.

quæam apud Hebreos, putaverim ego; ut
sanctum idem significet, quod incorrup-
tum, quodque sceleris omnino purum. In-
de quæque Deo sunt religiosè consecrata,
sancta dici; eò quod illibata, atque inviola-
ta quadam munditia, & puritate præstare de-
beant. Id quod ex Sacra Scripturae accura-
ta lectione observatum multis possemus exem-
plis confirmare, quibus ne longum faciamus,
consultò supersedimus. Adeat Lector Castrum
nostrum in Jerem. 1. vers. 8. & Arian Monta-
num libro de Arcano Sermone capite secundo,
ubi sapienter de nomine sanctum, Hebraicè
Kados. Hinc illa Sancti Dionysii Areopagitæ
de Divinis Nomin. capite 12. sanctitatis defi-
nitio, cui vehementer assentior. *Sanctitas est,
ab omni scelere libera, perfectaque, ac omni ex
parte incontaminata puritas.* Atque hanc ex to-
to capite 11. Levitici, etiam desumo, atque ex
coronide illa, quam post longam divinarum Le-
gum de munditia enumerationem vers. 45. sub-
texit Dominus: *Sancti esto, quia ego sanctus
sum.* Quasi dicat; Et hisce legibus, quas tot,
tantaque de sola munditia sanximus, justissi-
mas, quanti sanctitatem, quanti munditiam
ego faciam, diligenter animadvertisse. Hanc
igitur unam religiosè excolite, quam mihi cor-
di esse, quamque tam serio me præcipientem
commendasse perspicitis. His obleratis, sancti
seminis, quod Iaías vaticinatur, insignem mun-
ditiae notationem cognoscimus. Etenim, se-
men sanctum, perinde dixit, atque ab omni
celeris corruptione libera, perfecta, atque omni
ex parte incontaminata puritate insigni e;
quodque tam incorrupta puritatis merito, tan-
quam eximia quadam nota distinctum; eo, in-
quam, munditiae nomine ab universo reliquo
Adami semine sejunctum, uni Deo sanctissi-
mo, ac mundissimo sit consecratum. Hanc igitur
puritatem, hanc tantam munditiam vaticinatur
hoc loco Iaías. Quod si metaphoram
retinuit Vates, & quia arborem castanam dixerit,
fructum ejus intellexit; sanctum, metaphorice etiam dixit, quasi incorruptum, ilæsum, sanum, integrum, nullis aut arborum, aut pomorum communibus morbis obnoxium. Infelicitus enim & arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Ægrotant aliquando & poma ipsa, vermiculatione, urende, tæbe, aliisque morbis, quos latè recentet Plinius; cuius illa sunt verba, libro 17. capite 24. Hac ergo tanta, tamque communis arborum lue, unum hoc mystica castanea semen exemplum iri prædicti Iaías: *semen sanctum erit, incor-
ruptum, ilæsum, atque à communi vermicula-
tione ac fidestratione separatum uti purissi-
mum.* Expendo deinde illud.

1297 Quod steterit in ea. Vox, quod steterit,
ex ingenia firmitudinis notione, præ se fert,
minime caducum fructum hunc esse significat;
est enim à verbo *Jatsab;* id est, stetit, stare
fecit, constituit, permanit, firmavit, confirmavit,
erexit, vixit: nam his omnibus verbis He-
braeum illud expositum lego apud Vulgatum,
& LXX. interpretes. Igitur *semen sanctum, quod
steterit in ea,* licebit intelligere, permanens,
firmum, consistens; quod nulla tæbe infectum,
nullo vermiculo violatum, nullo malevolo
fidere de cælo tactum; vivum nempe, sanum,
integrum sit permansurum. *Quod steterit,* ait,
Hebraicè, *masabah:* variè, & semper ad rem
aptè reddas. Iaías ad rem bellicam refert
capite vigesimo nono versu tertio, *Jaciam*

contra te mutab, aggerem. LXX *reparatio, val-
lum;* alii, *stationem, propugnaculum.* Item tam
in forma mascula, quam in feminea *masab,*
& *masabah;* militarem stationem, & castra
significat primo Regum 14. versu 1. & 12.

*Mystica ca-
stanea fru-
ctus, firmus,
securus, mu-
ndus, illusus.*

& lœpe alias. Igitur, mystica castaneæ fru-
ctum firmum, securum, munitum ac velutum
in castrensi statione contra omnes foli, cæli-
que injurias illæsum constitutum docet. *Se-
men sanctum erit quod steterit in ea.* Nimi-
rum spiritus illis extrorsum adversis, quasi stri-
xæ pilis armatum, atque intra echinatum ca-
licis sui vallum munitum; hoc est, divino cir-
cumseptum præsidio, non vermiculationes, non
federationes, non illud metet communis cæ-
terorum fructum calamitates; non illud ad-
huc molle ac lactescens grando, non carbunc-
culatio, non pruina, non tabes, non uredo
invadit, nedum decussit. *Semen sanctum erit
quæ steterit in ea.*

1298 Adde, LXX. mirabile illam inter-
pretationem, quam Origenes consultò ex He-
braeo, & Theodotionis editione attexuit, &
quam amplectuntur Sanctus Basilius, Sanctus
Hieronymus & alii. Ita Complutenses *cognitu-
tis τὸ στήριξ ἀντίς;* id est, *semen sanctum
erit columna Fundatoris ejus.* Sixtiana: *Semen
sanctum ejus stabilimentum ipsius.* Significatur
hæc fæmina non tantum in firmitudinis, & ca-
sus immunitis exitura, sed totius eriam terræ,
Christianæ videlicet, columnam firmissimam,
cui Christianus incubat orbis, quæque uni-
versam Ecclesiæ Evangelicæ Fabricam à fun-
damentis suffulcat. Porro id ut muneric præ-
stare queat, firmissimam illam atque solidissi-
mam esse futuram, qualis certè nequirit esse,
nisi semen omnino sanctum, ac mundum fu-
isset, omnis expers humanæ in ecclitatis, omni-
nis vitii, omnis peccati puruma. An hæc
fortè voluit Deipara, quando purissimæ suæ
Conceptionis celebrandæ primordio ad Cæsar-
augustam Hispanorum, spectante Jacobo A-
postolo, primum ponet, super columnam
sef. visifundam exhibuit; ipsamque Hispanis col-
umnam pro certissimo suæ Conceptionis pig-
nore commendavit? Vide dicta ad illud Psalmi 44:

*Columna
Ecclesiæ fir-
missima
Maria.*

Infelicitus enim & arbores morbis. Quid enim
genitum caret his malis? Ægrotant aliquando &
poma ipsa, vermiculatione, urende, tæbe,
aliisque morbis, quos latè recentet Plinius; cu-
jis illa sunt verba, libro 17. capite 24. Hac
ergo tanta, tamque communis arborum lue,
unum hoc mystica castanea semen exemplum
iri prædicti Iaías: *semen sanctum erit, incor-
ruptum, ilæsum, atque à communi vermicula-
tione ac fidestratione separatum uti purissi-
mum.* Expendo deinde illud.

1299 Verè Deipara Virgo *semen sanctum,* *Quam pura,
mundum; semen sanctitatis, munditia,
sancta, firma &
stabilis Ma-
riae genera-
tio.* S. Damas.

Regina Anna fætus, Deipara immunis à culpa.